GODEFRIDUS BABION

12. Jh.

Seite 40r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26227
Copyright: Admont, Benediktinerstift



40

fidelitatis culpa nec macula potest inuenire. tm pp originale
peccatum q naturaliter filii obstricti sunt. non modo impiorum filii sed
omnes ipsi qui de iustorum sanctificata carne nascuntur exclamat. Ecce enim
in iniquitatibus concepti sum. et in Sanctus ipse iob dicit. mundus a sordes non est omnis
nec si unus dies sit uita eius super terram. Ido apostolus ait. Eramus et nos
natura filii irae sicut et reliqui. peccatum originale a patribus uitiosa lege con
ceptionis nostrae traducti. debitores nascimur poenae et ne. et filii di
aboli per imitationem quae filii diaboli efficiunt aliqui. scilicet filii diffidentiae
qui eius desiderata faciunt. Unde in libro sapientiae. Invidia diaboli mors introiuit
in orbem terrae. atque inde intelligi hi esse factum imitatione non propagatione
adiungit. imitantur autem eum qui sunt ex parte eius. Quatuor autem modis
fiunt aliqui filii dei. scilicet praedestinatione. vocatione. iustificatione. magni
ficatione. Unde apostolus Quos praescivit et praedestinavit fieri conformes imagi
nis filii eius. Quos autem praedestinavit hos et vocavit. et quos vocavit hos et
iustificavit. quos autem iustificavit illos et magnificavit. Et et praedesti
natio non existentium. vocatio adversantium iustificatio peccantium
magnificatio poenitentium. Et cum sint uim. hic commemorata unum et
idem et tria innotescunt. Predestinatio enim nostra non innotescit. sed in occulto
apud deum. tria vero reliqua innotescunt. scilicet vocatio. iustificatio. magnificatio.
quae sunt effectus praedestinationis non causa. Predestinatio namque est gratiae
praeparatio. cui effectus est gratiae appositio. O magnum et fieri filium tanti
actam benigni patris. qui omnia dat gratis. qui dedit potestatem filios
dei fieri. his qui crediderunt in nomine eius. Extreme autem miseriae est fieri
filium iniquitatis et diaboli. sicut enim qui ex deo nascitur. ad iustitiam
nascitur. Iustitiam ita qui ex diabolo nascitur ad iniquitatem nascitur
et mortem. Audi enim apostolum utrique complectentem sic exhibuistis membra
ura seruire iniquitati. ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra ura seruire
iustitiae in sanctificationem. filii diaboli gignunt ex patre diabolo et
matre babylonia sicut filii dei ex patre xpo et matre ierusalem. id est
ecclia. Sed filia babylonis miseria autem pha. Quid autem potest prae
sentire miseriam. O miseris et filius eius qui eam sequuntur. qui eam amant

Sed potestatem et non existimat. Vocatio abstinet. Iusti
ficatio iudicat. magnificatio punitat. Iudicis
et finis unus et potestatio. finalis finis. Pacem in
modo et vocatio sapientis. iustificatio prius. sati
ficatio pfa.

magnifica